



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Vtrum inanis gloria sit peccatum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

¶ 2 Præ. Appetitus inanis gloriæ in hoc consistit, quod aliquis querit bona sua ab hominibus laudari: sed hoc nobis ab Apostolo mandatur Rom. 12. Prudentes bona non solum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus. Ergo inanis gloria non est peccatum.

¶ 3 Præ. Omne peccatum consistit in deordinatione appetitus naturalis: sed per inanem gloriam non appetitur aliquid, quod non sit naturaliter appetibile. Est enim naturaliter appetibile, quod homo veritatem cognoscat, & quod ipse cognoscat. Ergo inanis gloria non est peccatum.

¶ 4 Præ. Eph. 5. dicitur, Estote imitatores Dei, sicut filii charissimi: sed in hoc quod homo querit gloriam, fit imitator Dei, qui suam gloriam querit. ergo videtur quod appetere gloriam non sit peccatum.

¶ 5 Præ. Appetere illud quod homini rependitur pro premio, non est peccatum: sed gloria repromittitur homini pro premio. Dicitur enim Iob. 22. Qui humiliatus fuerit, erit in gloria. Et prover. 3. Gloriam sapientes possidebunt. ergo appetitus gloriæ non est peccatum.

¶ 6 Præ. Illud quod est provocativum ad opera virtutum, non videtur esse peccatum. sed huiusmodi est appetitus gloriæ: dicit enim Tullius in 1. Tusulanarum quaestionum, Omnes ad studia accenduntur gloriæ: ergo appetitus gloriæ non est peccatum.

¶ 7 Præ. Illud quod appetitur æqualiter a bonis & malis, non videtur esse peccatum: sed Salustius dicit in Catilinario, Gloriam & honorem & imperium bonus & ignavus æque sibi exoptant. ergo appetitus gloriæ non est peccatum.

¶ 8 Præ. Angu. dicit, quod inanis gloria est iudicium hominum bene de aliquo opinantium: sed hoc appetere non est peccatum: quia sicut ipse dicit, Crudelis est qui famam suam negligit. ergo inanis gloria non est peccatum.

¶ 9 Præ. Illud quod est obiectum cupiditatis, non est peccatum, quantum ipsa cupiditas peccatum sit, ut patet de pecunia, & de pecuniæ cupiditate: sed inanis gloria est obiectum cupiditatis, ut patet per illud quod dicitur Galat. 5. Non efficiamur inanis gloriæ cupidi. ergo inanis gloria non est peccatum.

¶ 10 Præ. Peccatum virtuti opponitur circa eandem materiam: sed inanis gloria non opponitur veræ gloriæ, possunt enim in eodem esse, ut videtur. ergo inanis gloria non est peccatum.

SED CONTRA est, quod illud quod impedit hominem à fide per quam acceditur ad Deum, est peccatum: huiusmodi autem est appetitus humana gloriæ: dicit enim Ios. 5. Quomodo potest credere, qui gloriam quæ est ad invicem accipit, & gloriam quæ a solo Deo est non querit: ergo inanis gloria est peccatum.

RESPON. Dicendum, quod ad huius quaestiones evidentiā oportet primo videre quid sit gloria: & secundo quid sit vana gloria, & sic tertio inspicere poterit, quomodo inanis gloria sit peccatum. est ergo sciendum, quod sicut Aug. dicit super Iohannem, Gloria caritatem quandam importat. unde glorificari & clarificari pro eodem in evangelio sumuntur. Claritas autem importat evidentiā quandam, secundum quam aliquid sit conspicuum & manifestum in suo splendore: & ideo gloria importat quandam manifestationem alicuius in bono. Si autem manifestatur malum alicuius, iam non dicitur gloria, sed magis ignominia. Et propter hoc Ambrosius dicit super epistolam ad Rom. quod gloria est clara cum laude notitia. Consideratur autem gloria secundum triplicem statum. Nam

secundum maximum sui statum gloria consistit in hoc, quod bonum alicuius multitudinem manifestetur: hoc enim clarum esse dicimus, quod ab omnibus vel a multis perspicue videri potest. Unde Tullius dicit, quod gloria est frequens fama cum laude. Et Tullius Lilius introducit Fabium dicentem, Neque tibi pus gloriam mihi apud unum est. Sed tamen secundum modo gloria dicitur secundum aliquem statum, prout bonum unius, vel paucis, vel vni solum manifestatur. Tertio modo etiam gloria dicitur secundum quod bonum alicuius consistit in consideratione sui ipsius, secundum scilicet quod aliquis considerat bonum suum sub ratione cuiusdam claritatis, ut manifestandum & admirandum multis. Et secundum hoc aliquid dicitur gloriosi, cum aliquid appetit etiam delectatur circa manifestationem sui boni, vel ad multitudinem, vel ad aliquos paucos, sive ad unum, vel ad seipsum tantum. Sed ut sciatur quid sit vana gloria, vel inaniter gloriosi, sciendum est, quod primum tripliciter accipi consuevit. Quandoque enim accipitur vanum pro eo, quod non habet substantiam, secundum quod res falsa dicuntur: vnde videtur dicitur in Psal. 4. Ut quid diligitis vanitatem & queritis mendacium? quandoque vero accipitur vanum pro eo, quod non habet soliditatem vel firmitatem, secundum quod dicitur Eccles. 1. Vanitas vanitatum, omnia vanitas, quod dicitur propter mutabilitatem rerum. quandoque vero dicitur vanum quando aliquid non consequitur finem debitum, sicut dicitur aliquis in vanum, medicinam sumpsisse, qui non est consecutus sanitatem, vnde dicitur Isa. 49. In vanum laboravi sine causa, & vane consumpsi fortitudinem meam. Secundum hoc ergo tripliciter potest dici gloria vana.

Primo quidem quando aliquid gloriosatur fallaciter de bono quod non habet, vnde dicitur 1. ad Cor. Quid habes quod non accepisti, si autem accepisti, quare gloriaris quasi non acceperis? Secundo de gloria vana, quod aliquid gloriosatur de aliquo bono quod de facili transit, secundum illud Iste est cunctis gestimo. Omnia caro scænum, & omnia gloria cunctis flos feni. Tertio modo dicitur gloria vana, quod gloria hominis non ordinatur ad debitum finem. Est enim naturale, quod appetat cognitionem veritatis, quod homo perscrutetur eius intellectus: sed quod aliquid querat bonum suum ab aliquo cognoscere, non est appetitus perfectionis: vnde habet quandam vanitatem prout hoc non est utile ad aliquem finem. potest tamen laudabiliter ordinari ad tria. Primo quidem ad gloriam Dei: per hoc enim quod bonum alicuius manifestatur, glorificatur Deus: cuius est principium illud bonum, sicut primi actoris, vnde est Martialis. Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut manifestet opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in cælis est. Secundo est utile ad proximi salutem, qui bonum alicuius cognoscere salutem dicitur ad imitandum secundum illud 1. ad Cor. Vnusquisque proximo suo placeat in bonum ad glorificationem. Tertio modo ordinari potest ad gloriam ipsius hominis, qui dum considerat bonum ab alijs laudari, de his gratias agit & firmius in eis persistit, unde Apostolus frequenter fidelibus commendat ipsorum bona, ut firmius in eis persistant: quis ergo appetat manifestationem suorum bonorum vel etiam in hominibus manifestationem delectetur, propter aliquod trium prædictorum erit gloria vana, manifestum est autem, quod secundum quemlibet horum modorum vana gloria importat quandam vanitatem.

Lib. 1. non. pec. a principio libri.

In cap. eius initium est, Vrhem Romam a medio illius.

2. 2. q. 133. art. 1.

Tract. 100. non. procul a principio tom. 9.

Id habet Aug. in lib. 83. quaest. q. 31. circa finem. rom. 4.

nationē appetitus, q̄ facit rōnē peccati. vnde vana gloria quocumq; modo sumatur, est peccatū: sed tamen tertio modo sumpta cōior est. Sic enim potest aliquis inaniter gloriarī, tā de habitis quā de non habitis, & tam de spiritualib; bonis, quā etia de temporalibus.

AD PRIMVM ergo dicēdum, q̄ Dominus ibi mādat, quōd bona nostra faciamus alijs innotescere, ppter gloriam Dei. vnde subditur, vt videat opera vestra bona, & glorificet patrem vestrum qui in celis est. hoc autem non est inanis gloria.

AD SECVNDVM dicēdū, q̄ Apostolus mādat, ut bona corā hominibus prouideamus propter eorum utilitatē. Vnde subdit, si fieri potest quod e vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes, quæ etiam intētio vanitatem gloriæ excludit.

AD TERTIVM dicēdum, q̄ vnunquodq; perfectū naturaliter communicat se alijs s̄m quōd possibile est: hoc cōpetit unicuiq; rei ex imitatione primi perfecti. s̄. Dei, qui bonitatem suam communicat omnibus. Bonū autem alicuius communicatur alijs & quātum ad esse, & quantum ad cognitionem. vnde ad naturalem appetitum pertinet videri, q̄ aliquis bonum suum innotescere velit. si igitur hoc referatur ad debitum finem, erit virtutis: si autem non, erit vanitatis.

AD QVARTVM dicendum, q̄ cognoscere diuinā bonitatem, est ultimus finis rationalis creaturæ. In hoc enim beatitudo consistit. vnde gloria Dei nō est ad aliquid aliud referenda: sed proprium ipsius Dei est, ut gloria eius propter se ipsam quærat.

Nullius autem creaturæ bonū sua cognitione facit creaturam rationalem beatam, unde nulla creaturæ gloria est propter ipsam quærenda, sed propter aliud.

AD QVINTVM dicēdū, q̄ pro premio promittit gloria non uana, sed vera, quæ in cognitione Dei consistit, & talis gloria nunquam est peccatum.

AD SEXTVM dicendum, quōd plures hominum ad bona spiritalia propter aliqua bona temporalia incitantur: non tamen propter hoc inordinata cupiditas bonorum temporalium vitio caret: ita etiam, & si plurimi propter gloriam uirtutis opera faciant, non tamen propter hoc inordinatus appetitus gloriæ vitio caret: quia virtutis opera non sunt propter gloriam facienda, sed magis propter bonum virtutis, uel potius propter Deum.

AD SEPTIMVM dicendum, q̄ sicut Salustius ibi subdit, boni nituntur ad gloriam uera uia, id est per virtutem: hoc autem non est inaniter appetere gloriam, sed ad eam inordinate conari.

AD OCTAVVM dicendum, q̄ iudicium bene optantium de aliquo, ita ad inanem gloriam pertinet, dum absque utilitate appetitur.

AD NONVM dicendum, q̄ gloria secundum q̄ est in his, qui cognoscunt bonum nostrū, est obiectū cupiditatis: & sic non est peccatum, potest enim & bene & male desiderari. Alio modo secundum quōd est in appetitu ipso. Et sic habet vanitatem & rationem peccati.

AD X. dicēdū, q̄ uera gloria & inanis gloria possunt esse in eodem: sed non secundum idem.

ARTICVLVS III. De inanis gloria sit peccatum mortale.

SECVNDVM queritur, utrum inanis gloria sit peccatum mortale. Et uidetur quōd sic. Nihil enim excludit æternā mercedem, nisi peccatū mortale: sed

inanis gloria excludit mercedē æternā. Dicitur. n. Matth. 6. Attēdite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis: alioquin mercedem non habebitis apud patrem vestrum qui in celis est. ergo inanis gloria est peccatum mortale.

¶ 2 Præf. Chryso. ibidem dicit de inani gloria, quōd occulte ingreditur, & omnia, quæ intus sunt, miserabiliter aufert: sed nihil aufert interiora & spiritalia bona, nisi peccatum mortale. ergo inanis gloria est peccatum mortale.

¶ 3 Præf. Iob. 3. dicitur, Si vidi Solem cū fulgeret, & Lunam incedentē clare, & latatum est in abscondito cor meum, & osculatus sum manum meā ore meo, quæ est iniquitas maxima. quod Grego. exponit. 2.2. Moralium de inani gloria. ergo inanis gloria est maximum & mortale peccatum.

¶ 4 Præf. Hier. dicit quōd nihil est tam periculosum quantū gloriæ cupiditas, & iactantia vitium, & animus de conscientia virtutū tumens, sed illud quod est maxime periculosum, videtur esse mortale. ergo inanis gloria est peccatum mortale.

¶ 5 Præf. Omne vitium capitale est peccatum mortale: sed inanis gloria est vitium capitale. ergo inanis gloria est mortale peccatum.

¶ 6 Præf. Quicumq; surripit quod est Dei propriū, mortaliter peccat, multo magis quā qui furatur rem proximi. Sed quicumque appetit inanem gloriam, vsurpat sibi illud quod est proprium Dei. Dicitur enim Iſa. 42. Gloriam meam alteri non dabo. Et 1. ad Timo. vlt. Soli Deo honor & gloria, ergo uidetur quōd inanis gloria sit peccatum mortale.

¶ 7 Præf. Peccatum idolatriæ esse uidetur, ut gloriā Dei quis creaturæ attribuat, secundum illud Rom. 1. Mutauerunt gloriam, in corruptibilis Dei, in similitudinē imaginis corruptibilis hominis. sed ille qui appetit gloriam uidetur sibi optare quod Dei est, gloria enim proprie debetur Deo, ut supra dictum est. ergo inanis gloria est peccatum idolatriæ. Et sic sequitur, quōd sit peccatum mortale.

¶ 8 Præf. August. dicit. 5. de Ciuitate Dei, quōd contemnere gloriā magnæ virtutis est, sed magno bono contrariatur magnum malum. ergo appetere gloriam est magnum peccatum.

¶ 9 Præf. Inanis gloria quærit hominibus placere, quia secundum Philo. gloria est quæ nullo consentiente nō festinaret ad esse: sed quærere placere hominibus est peccatum mortale, quia excludit a seruitio Christi secundum illud Galat. 1. Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem. ergo inanis gloria est peccatum mortale.

¶ 10 Præf. Sicut forma dat speciem in rebus naturalibus, ita obiectum in moralibus: sed ea, quæ cōmunicant in vna forma naturali, non differunt specie. ergo in moralibus ea, quæ communicant in uno obiecto, nō differunt specie. ueniale autem & mortale differunt specie, cum ergo inanis gloria nō habeat, nisi unum obiectum, uidetur quōd non possit esse quōd aliqua inanis gloria sit peccatum mortale, & aliqua peccatum ueniale. Sed manifestum est, quōd aliqua inanis gloria est peccatum mortale: ergo omnis inanis gloria est peccatum mortale.

SED CONTRA est, q̄ Matth. 10. super illud, Excute puluerem de pedibus vestris, Dicit glo. puluis est leuitas terrænæ cogitationis, a qua nec tantū doctores possunt esse immunes, dum intendunt quæ subditorum: sed illud, quod etiam tantū doctores uitare non possunt, est peccatum ueniale. ergo leuitas

Hom. 11. in Marc. in opere imperfe. q̄ iter prin cipii & maculium roma.

Lib. 23. moral. c. 8. & præcedent.

In lib. de 41. malis hominibus mōstione 41. in hac co. 3.

Art. præced.

Lib. 5. c. 19. non multum p̄culā prim. rom. 5.

Glossa ordinarib.

consultat... nificat... omnium... de Tullio... de. Et T... Neque... men fecer... em in lib... vni lib... cur fecer... ideratio... nificatio... tis, vt ma... secundum... apparet... n sui boni... cos, sicut... tur quifit... im est q̄... loque em... ter subsist... m: vnde b... m & quan... utur vana... firmatē... anitatem... litatem... ando aliq... dicitur aliq... n est con... vanum lib... dicitur med... gloria van... r: talis q̄... r. ad Cor... non accep... Secundo d... aliquo mo... aie qua... riora esse... vana, q̄ p̄... Et erant... quis, q̄... aliquis q̄... non est q̄... n vanitatē... em, p̄... o quædam... allicum... principia... e dī. Mart... as, vt uita... em uelut... proximo... ceteris: ad... ad Comu... donum ad... potest ad... lerat bonū... mius in q̄... us Clau... is perilla... rum bene... ledetur: q̄... riora uana... tribet hanc... andam in... natione